Ephraem <Syrus>; Assemani, Giuseppe Simone [Hrsg.]: Sancti Patris Nostri Ephraem Syri Opera Omnia: quae exstant, graece, syriace, latine; in sex tomos distributa; ad MSS. Codices Vaticanos aliosque castigata, multis aucta, Nova interpretatione, Praefationibus, Notis, variantibus Lectionibus illustrata: Nunc primum sub Auspiciis Sanctissimi Patris ... Pontifecis Maximi e Bibliotheca Vaticana (Tomus Primus Graece, Et Latine)

1732 Seite 26



*tiles ſumus*. Cum autem non facimus, neque ſervorum quidem inutilium appellatione digni ſumus: quoniam magnus Dominus noſter, & magna ac prævalida dona ejus. Et ut diſcas, non ſolum humiliter loqui, ſed & humiliter ſentire nos a Domino edoctos eſſe, ipſo nos facto inſtituit, dum
*Joan. 13.* linteo præcinctus, pedes lavit diſcipulorum.
*Matth. 11.* Ideo ait: *Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris*. Cum vero triſtia atque acerba præter voluntatem, acſi ad voluntatem fluerent, ſuſtines, tunc te ipſum ad menſuram viri pii & religioſi perveniſſe agnoſce. Expavi, cum intellexi, quemadmodum fraudulentam pertuleris cogitationem, quæ tibi nefaria ſuggerebat, & dixi: Per hos dies aſſumendus es: atque adeo quam multi ſunt ab hujuſmodi ſuggeſtione de ſtatu mentis deturbati? Dic tibi ipſe, tu quis es? ad quam menſuram perveniſti? Elias ne es? an res miraculoſas inſtar illius fe-
*3. Reg. 17. 18.* ciſti? Is enim oratione cœlum clauſit, & non pluit annos tres, & menſes ſex: iterumque oratione alia imbrem impetravit: ter quoque ignem oratione de cœlo deduxit. Atqui cunctam fidem obtines? Experimentum præbe, ſigna atque prodigia oſtende, mortuos oratione excita, oculos cæcorum aperi, dæmonas depelle, leproſos munda, claudos ſana, ſuper mare ambula tanquam in terra arida, aquam in vinum commuta, quinque panibus ac duobus piſcibus copioſam multitudinem oratione paſce. Verax enim
*Joan. 14.* eſt, qui ait: *Amen dico vobis, qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ille faciet, ac majora efficiet*. Sed accedens quis forſan dicturus eſt: Si quis igitur non fecerit res illas divinas, non habebit is ſpem ſalutis? Spem ſalutis habemus, etiam hujuſmodi per nos non præſtitis, ſi imbecillitatem & modicam fidem noſtram confiteamur. Nam infirmus miſericordia indiget, & non elatione. Si autem miſericordiam requirimus, etiam humilitate opus habemus, ut per eam nobis ipſi miſerationes a Domino concilie-
*Pſalm. 135.* mus. Scriptum eſt enim: *Quoniam in humilitate noſtra memor fuit noſtri Dominus, & redemit nos de inimicis noſtris*. Ac rurſus:
*Pſalm. 114.* *Humiliatus ſum, & liberavit me*. Quod ſi ventis innixi, magnifice de nobis ſentimus, non aliud facimus, niſi nos ipſi in abyſſum præcipites agimus. Noli igitur ſuperbiæ morbum admittere, ne forte mentem tuam ſubito deprædetur inimicus. Reſipiſce ergo ab elata cogitatione propriæ complacentiæ. Noli retia propriis injicere pedibus. Mentem tuam ab hoc veneno mortifero per humilitatem deterge. Doceat te forma atque exemplum ejus

A ὑμῖν ποιήσητε, λέγετε, ὅτι δοῦλοι ἀχρεῖοί ἐσμεν· μὴ ποιησάντων δὲ ἡμῶν, οὐδὲ καλεῖσθαι δοῦλοι ἀχρεῖοι ἐσμὲν ἱκανοί· διότι μέγας ὁ Κύριος ἡμῶν, καὶ μεγάλαι καὶ ἰσχυραὶ αἱ δωρεαὶ αὐτοῦ. Ἵνα δὲ μάθῃς ὅτι οὐ ταπεινολογεῖν μόνον ἐδίδαξεν ἡμᾶς ὁ Κύριος, ἀλλὰ καὶ ταπεινοφρονεῖν, ἔργῳ ἡμᾶς ἐπαίδευσε, λέντιον περιζωσάμενος, καὶ τοὺς τῶν Ἀποστόλων πόδας νιψάμενος· διὸ λέγει· μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾷός εἰμι καὶ ταπει-
B νὸς τῇ καρδίᾳ· καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. Ὅταν δὲ τὰ λυπηρὰ παρὰ γνώμην, ὡς κατὰ γνώμην, ὑπομείνῃς, τότε γίνωσκε σεαυτὸν εἰς μέτρα ἀνδρὸς ἐναρέτου καὶ ταπεινοῦ ἀφικέσθαι. Ἐξεπλάγην δὲ μαθὼν πῶς ἠνέσχου τῷ ἀπατηλῷ λογισμῷ τῷ ὑποβάλλοντί σοι τὰ ἀθέμιτα· καί φημι, μέλλεις ἐν ταύταις ἀναλαμβάνεσθαι· μᾶλλον, ὅσοι ἐφρενητίασαν ἐκ ταύτης τῆς ὑποθέσεως. Εἶπον σεαυτῷ· σὺ τίς εἶ;
C εἰς ποῖα μέτρα ἀφίκου; Ἠλίας εἶ; μὴ κατ' ἐκεῖνον θαύματα πεποίηκας; οὗτος γὰρ διὰ προσευχῆς, τὸν οὐρανὸν ἔκλεισε, καὶ οὐκ ἔβρεξεν ἐπὶ ἔτη τρία καὶ μῆνας ἕξ· καὶ πάλιν διὰ προσευχῆς, ὁ οὐρανὸς ὑετὸν ἔδωκε· καὶ πάλιν διὰ προσευχῆς, τρὶς πῦρ κατήγαγεν ἀπὸ οὐρανοῦ. Ἀλλὰ τὴν πίστιν πᾶσαν κέκτησαι; δὸς δοκιμήν· δεῖξον σημεῖα καὶ τέρατα· ἔγειρον νεκροὺς διὰ προσευχῆς. ἄνοιγε ὀφθαλμοὺς τυφλῶν· ἀπέλασον δαίμονας· καθάρισον λεπρούς· θεράπευσον χωλούς· βάδιζε
D ἐπὶ θαλάσσης, ὡς ἐπὶ ξηρᾶς γῆς· μετάβαλε ὕδωρ εἰς οἶνον· χόρτασον ἐκ πέντε ἄρτων καὶ δύο ἰχθύων, πλήθη ἱκανὰ διὰ προσευχῆς. Ἀψευδὴς γὰρ ὁ εἰπών· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, τὰ ἔργα, ἃ ἐγὼ ποιῶ, κἀκεῖνος ποιήσει, καὶ μείζονα ποιήσει. Ἀλλ' ἴσως παρελθών τις λέξει· Ἐὰν οὖν, φησὶ, μὴ ποιήσῃ τις ἐκεῖνα τὰ θεοπρεπῆ πράγματα, οὐκ ἔχει ἐλπίδα σωτηρίας; Ἔχομεν ἐλπίδα σωτηρίας, καὶ
E τούτων μὴ κατεργασθέντων δι' ἡμῶν, ἐὰν ὁμολογῶμεν τὴν ἑαυτῶν ἀσθένειαν καὶ ὀλιγοπιστίαν. Ὁ γὰρ ἀσθενὴς ἐλέους ἐπιδέεται, καὶ οὐχὶ ἐπάρσεως. Εἰ δὲ ἐλέους ἐπιδεόμεθα, χρήσομεν τῆς ταπεινοφροσύνης ὅπως διὰ ταπεινοφροσύνης ἐπισπασώμεθα ἑαυτοῖς οἰκτιρμοὺς παρὰ Κυρίου. Γέγραπται γὰρ, ὅτι ἐν τῇ ταπεινώσει ἡμῶν, ἐμνήσθη ἡμῶν ὁ Κύριος, καὶ ἐλυτρώσατο ἡμᾶς ἐκ τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν. Καὶ πάλιν· ἐταπεινώθην,
F καὶ ἔσωσέ με. Εἰ δὲ ἐπερειδόμενοι ἀνέμοις μέγα φρονοῦμεν, οὐδὲν ἕτερον ποιοῦμεν, ἢ ἑαυτοὺς καταπρημνίζομεν κατὰ τῆς ἀβύσσου. Μὴ οὖν παραδέχου τὴν νόσον τῆς ὑπερηφανίας, μή ποτε τὰς φρένας σου ἐξάπινα ἀποσυλήσῃ ὁ Ἐχθρός. Ἀνάνηψον οὖν ἐκ τοῦ μετεώρου λογισμοῦ τῆς αὐταρεσκείας. Μὴ ἐπίβαλε δίκτυα τοῖς ἑαυτοῦ ποσί. διάσμηξον τὴν σεαυτοῦ διάνοιαν τούτου τοῦ θανατηφόρου ἰοῦ διὰ τῆς ταπεινοφροσύνης. Παιδεύσει σε ὁ τύπος

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/ephraem1732-1/0274
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg